De Leone, & ejus naturâ v. Franzium.

bium ferarum immanissimarum belluarum eē Regem, magno est
argumento, caput, pectq, genua, incessq, saltq, celeritas, cursus, visq, juba,
os cataphractum, latera firma, nervi solidi, ungues magni etc. Bone Deq!
qm Spiritq magnitudinem habet, qm fortitudinem? Summatim in ab.
partib. Lupum & cætera aiaña oīa multò antecellit: indè fit, ut jactaône
sit superbissimâ, insolentiâ ferè intollerandâ. Illud præcelsum in capite
diadema, regiæ quasi dominaônis præcellentissimum est insigne: osten-
tationem præ se fert maximam temporis, cursus propositi, oiaq q audet
forti facit animo ac insolenti. Quare cum aliquando cum Lu-
po cursum, de imperio se citiq & velocius metam attingere præfixam
velle Lupo, certans iniit: Lupq autem se citius eo perventurum dicens:
eo tandem erant animo, ut currendo certarent, eâ conditione seu le-
ge, qui primum eò pervenirt, Rex bestiarum esset creandus:
quid fiebat? vix cursu adornato, Lupq spem abjiciebat, pedemq
figebat, intelligens se victum à Leone: At quid gradum sistis Lupe?
cur non pergis? quid desperas? ac tali modo imperium vendis? Tu
a. Leo fortissime, laudem mereris, quippe citato, rapido ac præcipiti
cursu imperium, de quo pugna, impetrasti. Verum itaq ē, quod
de te prædicatr, ut nempe cursu adornato tuiipsiq quasi inscius sis ac im-
potens, minimèq te, quo rem sis transacturus, accelerans & advo-
lans, retinere possis. Quid jam de Studiosis meticulosis & planè ferè
desperantibus judicemus? annon Lupo sunt similes? nonne cum il-
lo comparari possunt? quidni. Sed agite? collationem inter Lu-
pum meticulosum & Studiosos desperantes instituamus. Utut Lu-
pus præsenti quidem animo erat præditus, ut cum Leone cur-
rendo certaret: mox autem paribus passibus se Leonem minimè
sequi, animadvertens, desisteret: parem in modum & hi, qui
ad Studia se accingunt, tantumque ingenio suo confidunt, ut